UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

XI. Markgraf Ludwig belehnt Miniko von Piritz, Heinrich Münch und Eckard von Kirgow mit dem halben Schulzenamt zu Soldin, am 31. August 1333.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55359

Visual Library

mulieres, eius ſepulture ſub pena VI denariorum intereſſe tenebuntur, niſi rationibus jam ſcriptis abſens ſe poterit expurgare. Item nullus fratrum prefate fraternitatis dicta miſſa et funere ſepulto debet abire, niſi prius audierit, ſi aliqua fuerint facienda aut tractanda ſiue recitanda ſuis a magiſtris, niſi de licencia abierit ſpeciali. Item quocienſcunque et quandocunque congregacio ſeu conuocacio facta fuerit fratrum preſcriptorum et ſi aliquis in ipſa conuocacione ſeu congregacione verbis aut factis exceſſerit, talis exceſſor tres ſolidos brandenburgenſium denariorum minus vno denario erogabit ſuo pro exceſſu. In huius rei evidens teſtimonium et robur perpetuo valiturum Nos conſules ciuitatis ſoldynenſis preſentes litteras conſcribi fecimus et ſigilli jam dicte ciuitatis roborauimus munimento. Actum et Datum Anno domini Milleſimo Trecenteſimo XXVI°, Dominica proxima ante Galli et lulli confeſſorum beatorum.

Auf der Rückſeite: Iſti fuerunt jnceptores et inventores atque primi dictatores huius fraternitatis advenarum. arnoldus bernſten, arnoldus faber, nycolaus de grüneberg, hen. wildenow et thydericus, notharius ciuitatis, preſentis Editor atque ſcriptor.

Nach dem Originale im Beſitz der Stadt Soldin.

X. Markgraf Ludwig belehnt Heinrich von Bellingen mit Beſitzungen in Gieſenbrügge, am 25. Juni 1333.

Anno domini M. CCC. triceſimo tertio, in craſtino beati Iohannis Baptiſte, in Lippen. Contulimus Heinrico de Bellingen et petro, eius filio, ſex fruſta denariorum et nouem fruſta in Gyſenbruke villa, ſub antiquo iure, quo marchio woldemarus ſibi dicta bona contulit.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. C. 4 in quarto).

XI. Markgraf Ludwig belehnt Miniko von Piritz, Heinrich Münch und Eckard von Kirgow mit dem halben Schulzenamt zu Soldin, am 31. Auguſt 1333.

In vigilia beati Egidii Contulimus Minikoni de Piritz, Heinrico dicto Münch, Eckardo de Kirgow et eorum heredibus, ciuibus in Soldin, medietatem officii ſcultetatus ſiue prefecture ciuitatis predicte cum omnibus ſuis pertinentiis, Juribus tamen nobis in eodem competentibus omnimode reſeruatis.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. Cod. 4 in qu.).